

Peirin. tribus Minimis, quam refert Peirinus tom. 1. Privileg. Constit. 13. Leonis X.

53. Quarta pœna. Religiosus Apostata durante Apostasia non potest prædicare, nec docere, nec audire confessiones, nec similia facere: patet ex proximo Decreto, edito à Paulo IV. ubi expresse dicitur, quod tales Apostatæ sint, privati voce activa, & passiva, juræque suæ primogenituræ, nec non publica ad populam prædicatione, & confessionali sæcularium audientia.

54. Quinta pœna. Apostatæ, & fugitivi privantur alimentis, ac jure alimentorum de bonis suæ Religionis: Ita Surdus, Sanchez Pinellus, & alij, quos citant, & sequuntur Sanctarellus de Apostata, cap. 3. dub. 2. num. 22. Tamburinus de jure Abbat. disput. 8. quest. 9. num. 1. & assignant optimam rationem, quia Patet non tenetur alere filium sua culpa, à patris consortio, ac obedientia recedentem; ac proinde Apostata non potest alimentari de bonis inventis suæ Religionis, nisi in casu extremæ necessitatis, nec Religio tenetur ad illius debita solvenda, nisi in casu, quod ipse secum afferat bona sufficientia ad tale debitum.

55. Sexta pœna stante jure antiquo erat, ut qui ter apostataverit, ejiceretur ab ordine, nunc verò jure novo Urbani VIII. quid dicendum, dicam verbo ejicere ab ordine.

QUÆSTIO XV.

An Religiosus Apostata gaudeat privilegio Canonis, fori, immunitatis Ecclesiastica?

SUMMARIUM.

- 56 Apostata, & fugitivi portantes habitum clericalem gaudent privilegio Canonis.
- 57 Gaudens privilegio fori ab omni jurisdictione seculari.
- 58 Gaudent privilegio à vectigalibus.
- 59 Gaudent privilegio immunitatis Ecclesiastica.

56. Dico primò, Religiosi etiam veri Apostatæ, sicut & ejecti gaudent privilegio Canonis, quia omnes veniunt sub nomine Monachi: Si quis suadente diabolo manus violentas in Clericum, vel Monachum injecerit, anathematis vinculo subjaceat. Et reservatur Pontifici Romano, quia quamvis isti mereantur privari tali privilegio; de facto tamen non privantur ab aliquo jure; ergo cum verè, & proprie sint Religiosi, gaudent tali privilegio. Molina tract. 3. disp. 54. num. 2. cum Panormitano, & Pellizari. tom. 2. tract. 8. cap. 6. sectione 3. num. 145. affirmantes talem Apostatam, vel fugitivum gaudere tali privilegio, sive portet habitum, sive non. De quorum doctrina meritò dicitur Portell. in dubiis, verb. Manus violenta, num. 3 §. Quid si. Et contraria doctrina mihi est vera, quia ut quis gaudeat privilegio Canonis, debet

Molina. Pellizari.

Portell.

portare habitum, & confuram clericalem, ut Filliue. docent Filiucius tom. 1. tractatu. 14. de cens. Bonacina. in particulari, cap. 1. num. 8. Bonacina tom. 1. disputat. 2. de censur. questione quarta, de excommunicatione, punct. 1. num. 1. Nam qui percurit hominem sine habitu, cum non agnoscens Monachum, nullam facit injuriam statui Ecclesiastico.

Dico secundò, Privilegium fori, quo personæ Regularium legitime eximuntur à quacunque potestate sæculari in causis tam civilibus, quam criminalibus, & patet ex C. Non minus, de immunitate Ecclesiæ, de quo latè Molina tomo primo, de justitia, disputat. 31. conclusione 3. Suarez contra Regem Angliæ, lib. 4. de communitate Ecclesiæ, cap. 8. num. 2. & multi alij apud Dianam parte prima, tract. 2. Resolut. 1. tali prædicto privilegio gaudent omnes Religiosi etiam Apostatæ, ac perpetuo ejecti; hoc autem privilegium concessum est statui Religioso, nec constat aliunde Religiosis subtrahi per legitimam potestatem, quamvis sint Apostatæ, & ejecti.

57.

C. Non minus. Molina. Suarez.

Diana.

58.

Dico tertio Privilegium immunitatis à vectigalibus, ac tributis competit omnibus Religiosis. Ut suo loco dicemus verb. Tributum. inter quos etiam computantur Religiosi Apostatæ: nam ratione Apostatiæ non desinunt esse tales.

Quantum ad privilegium immunitatis Ecclesiasticæ Apostatas, ac fugitivos eo gaudere negat Peregrinus tractatu de immunitate, cap. 12. num. 16. Bordon. resol. 1. num. 18. contendit eo frui etiam in propriis Ecclesiis, non verò in Conventibus. At Diana cum multis Auctoribus part. 1. tract. 1. Resol. 231. affirmat, & ex eo probatur, quia Gregorius XIV. in sua Bulla de hac re edita, non excludit Apostatas, cum ibi sit posita clausula, tantum, quæ extensionem excludit, tamen ab hac regula excipiuntur proprii Conventus, ac Ecclesiæ sui Ordinis, aliàs tales Apostatæ nunquam possent puniri, incarcerari, ac capi, de qua re idem Diana supra, Resol. 25. & part. 6. tract. 1. Resol. 26. quest. 10. & ideo tales Religiosi possunt etiam à suis Prælatibus vi, ac violentia capi, & teneri.

59.

Peregrin. Bordon.

Diana.

Greg. XIV.

QUÆSTIO XVI.

An Religiosus Apostata gaudeat privilegio, & indulgentiis suæ Religionis.

SUMMARIUM.

- 60 Apostata, & fugitivus gaudet indulgentiis ac privilegiis suæ Religionis.
- 61 At verò si Apostata intendit annullare suam professionem, non gaudet.

Apostatæ, & fugitivi gaudent privilegiis, ac indulgentiis concessis proprio Ordini suo. Ita Sanchez, & Lezana citandi. Pellizarius tractatu 8. cap. 8. sectione 3. num. 74.

60.

Pellizari.

num. 74.

num. 74. Si tamen ad earum consecutionem sint dispositi, privilegiis quidem gaudeat, quia nullum extat jus contrarium; & sic statutus Religiosi, qui in Religioso Apostata manet est sufficiens ratio ad hoc, ut gaudeat privilegiis suæ Religionis, ut pote verus illius Religiosus etiam erit sufficiens ratio, ut gaudeat illius indulgentiis; eo quod nullum apparet fundamentum, ut à participatione illarum excludatur.

61. Hæc tamen doctrina limitanda est, & non habet locum in illis Apostatis, qui à Religione recedunt, & habitum dimittere intendentes suam professionem esse nullam; ita ex Mandosio Sanchez lib. 9. cap. 8. numero 34. M. Lezana tomo primo, cap. 16. num. duodecimo; & patet ex Concilii Tridentini sessione 26. c. 19. de Regularibus, ubi dicitur: Quod si antea habitum sponte dimiserit, tanquam Apostata puniatur; interim verò nullo privilegio suæ Religionis juvetur. Et bene notant citati Authores, quod cum hoc Decretum sit pœnale, non esse extendendum ad alios Apostatas, in quibus hæc conditiones annullandi professionem non dantur.

Sanch. Lezana. Trident.

QUÆSTIO XVII.

Bona Apostatarum ad quem pertinent?

SUMMARIUM.

- 62 Bona Apostatarum per fraudem pertinent ad eum, cui facta est injuria.
- 63 Bona illorum si ad Religionem revertunt, sunt Religionis.
- 64 Bona illorum qui discedunt extra Religionem sunt Camera Apostolica.
- 65 Si Apostata in via dati Religionis post mortem ante sententiam, non sunt danda Camera Apostolica.
- 66 Que acquisit in intuitu beneficii Ecclesiastici, ad illam Ecclesiam pertinent.

61. Rosella. Sanchez. Portell.

63.

Cap. Abbas. Sylvest. Suar. Lezana.

64.

Bona Apostatarum contra justitiam acquisita per furtum, fraudem, &c. restituenda sunt eis, quibus facta est injuria, Rosella in summa, verb. Religio, 1. num. 1. Sanchez lib. 7. Decalog. c. 33. n. 6. Portellus in dubiis, verb. Apostata, num. 7.

Ea autem, quæ Religiosus Apostata, vel fugitivus acquisivit, si ad Religionem revertitur, ea secum defert, & ad Religionem pertinet, talis enim est verus Religiosus, & per consequens debet monasterio acquirere, & ita definitur, cap. Abbas, 18. quest. 2. Ita Sylvest. verb. Apostata, quest. 9. num. 12. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 8. cap. num. 20. quod intelligitur etiam ut notat Lezana verb. Apostata, num. 8. de bonis etiam peccaminosè acquisitis, non tamen contra justitiam, ut dixi ad initium quæstionis.

Nec cum his obstat Constitutio Gregorii XIII. quæ incipit: Officii nostri, ubi istorum bona applicantur Camera Apostolicæ, quod intelligitur de illis Apostatis, qui decesserunt extra claustra, in sua apostasia morientes, Rodrig. tom. 1. quest. 30. art. 12. §. Sed contra Rodriguez. Portell. in dub. verb. Apostata, num. 7. Laurent. de Portell. Franchis in controversiis Episcoporum & Regul. Laurent. circa Decreta Sacre Congreg. de Apostatis, & ejectis, quest. 11.

Tamen si præfati Religiosi Apostatæ, in vita sua disposuerint de suis bonis, tradendo ea Religioni, Religio non tenetur ea restituere Camera, nisi post sententiam condemnationis, applicatio enim talium bonorum camera est pœnalis, & omnis pœna non obligat, nisi post sententiam, nemo enim tenetur ad pœnam ante condemnationem Suarez tom. 4. de Religione tract. 8. lib. 3. cap. 2. num. 17. M. Lezana cit. num. 21.

Si Religiosus fugitivus, vel Apostata impetravit beneficium à locis Ecclesiæ, ea, quæ acquisivit intuitu talis Ecclesiæ pertinent ad Ecclesiam, acquisivit enim illa ut pars ipsius Ecclesiæ. At verò ea, quæ acquisivit intuitu suæ personæ, ejusque industria, acquisit Religio cum persona illa ejusque industria, ad Religionem pertinent. D. Anton. 3. part. tit. 16. cap. 3. §. 1. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 6. quest. 8. De his verò, quæ Apostata per negationem acquisivit, dicam infra verb. Negativum.

dunt extra claustra, in sua apostasia morientes, Rodrig. tom. 1. quest. 30. art. 12. §. Sed contra Rodriguez. Portell. in dub. verb. Apostata, num. 7. Laurent. de Portell. Franchis in controversiis Episcoporum & Regul. Laurent. circa Decreta Sacre Congreg. de Apostatis, & ejectis, quest. 11.

Tamen si præfati Religiosi Apostatæ, in vita sua disposuerint de suis bonis, tradendo ea Religioni, Religio non tenetur ea restituere Camera, nisi post sententiam condemnationis, applicatio enim talium bonorum camera est pœnalis, & omnis pœna non obligat, nisi post sententiam, nemo enim tenetur ad pœnam ante condemnationem Suarez tom. 4. de Religione tract. 8. lib. 3. cap. 2. num. 17. M. Lezana cit. num. 21.

65.

Lezana.

66.

Si Religiosus fugitivus, vel Apostata impetravit beneficium à locis Ecclesiæ, ea, quæ acquisivit intuitu talis Ecclesiæ pertinent ad Ecclesiam, acquisivit enim illa ut pars ipsius Ecclesiæ. At verò ea, quæ acquisivit intuitu suæ personæ, ejusque industria, acquisit Religio cum persona illa ejusque industria, ad Religionem pertinent. D. Anton. 3. part. tit. 16. cap. 3. §. 1. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 6. quest. 8. De his verò, quæ Apostata per negationem acquisivit, dicam infra verb. Negativum.

D. Anton. Azor.

QUÆSTIO XVIII.

Quis valeat Apostatas, & fugitivos à censuris absolvere, & cum eis in irregularitate dispensare.

SUMMARIUM.

- 67 Apostasia, & egressio nocturna à Conventu est casus reservabilis à Prælatibus.
- 68 Prælati possunt absolvere à tali excommunicatione.
- 69 Possunt Prælati dispensare cum eis in qualibet suspensione.
- 70 Possunt etiam dispensare in qualibet irregularitate.

Crimen Apostatiæ sive cum habitu, sive sine illo, sicut & nocturna egressio à Conventu sine Prælati licentia, juxta Decretum Clementis VIII. casus est reservabilis à superioribus Religionum, seu possunt illum reservare, & dato quod talis casus non sit reservatus in Religione, nec ex vi juris sit excommunicatio posita Apostatis, ac fugitivis cum habitu; tamen per multa privilegia Apostolica Religionibus concessa imposta est excommunicatio reservata, ut supra dixi questione 12. num. 45. & si aliqui dixerunt apud Suarez, tom. 4. de Religione tractatione 10. lib. 3. cap. 4. num. 2. quod à quolibet Ordinis Confessore absolvi poterunt; ex eo hoc dixerunt, quia existimabant nullam esse excommunicationem reservatam, quam dari jam diximus, & tenet ipse Suarez.

67.

Suarez.

68.

A tali excommunicatione etiam refer-

vata Religiosi Apostataz, ac fugitivi etiam habitu dimisso, possunt absolvi a suo Præ- lato sive Generali, sive Provinciali, vi suo- rum privilegiorum, quorum ratione pos- sunt dicti Prælati suos subditos absolvere ab omni excommunicatione reservata Se- di Apostolicæ, etiam contenta in Bulla Cœ- næ, excepta hæresi, ut dicam infra verbo Bulla Cœna, & Verb. Censura, per multa privilegia.

69. Similiter & possunt prædicti Apostataz, & fugitivi absolvi à suis Superioribus etiam localibus à qualibet suspensione contracta ex indebita susceptione Ordinum in tali sta- tu, ut ex Rodriguez, Portel. Vivaldo tenet Diana tertia parte, tractatu 2. Resolut. 85. Ad hoc enim habent prædicti Prælati plenissimam jurisdictionem, quamvis talis sus- pensio sit reservata Sedi Apostolicæ, nisi excessus fuerit enormis, ut hæresis, schis- ma, falsificatio literarum Pontificiarum, de quo Casarrubias de b. Absolutio, Ordinis quoad fratres, num. 13. ut latius dicam verb. Dispensatio.

Rodrig. Portel. Vivaldus. Diana.

Casarrub.

70. Poterunt & dicti Prælati Regulares cum his Apostatis, & fugitivis dispensare in ir- regularitate contracta ex indebito exercitio Ordinum, si detur, cum per talem fugam, ut diximus, sint excommunicati, itemque cum eis dispensare, in qualibet alia irregu- laritate, exceptis tribus, bigamia, homicidio voluntario, ac mutilatione membro- rum; ut patet ex multis privilegiis Pontifi- cum, quæ adducit M. Lezana tom. 1. cap. 18. num. 40. & dicam verb. Irregularitas, & etiam circa illa tria excepta scilicet Bigamiam, & aliqua notanda.

QUESTIO XIX.

Utrum Religiosus Apostata, vel fu- gitivus postquam bonam opinionem recuperaverit, possit eligi ad præla- turas Ordinis?

SUMMARIUM.

- 71 Talis bene potest eligi secundum jus com- mune.
72 Secundum verò peculiare constitutiones Re- ligionis, tales consulenda sunt.

Sanchez Sylvester.

Azor. Pellizar.

C. Per tuas.

Negant Sylvester, & alii, quos citat, Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 8. num. 3. 1. At contraria sententia est vera, & commu- nis stando in jure communi. Ita cum multis Sanchez citatus, num. 32. Azor. lib. 2. insit. cap. 17. questione ultima, & Pellizar. tract. 2. cap. 8. sect. 3. num. 73. Nullum enim jus as- signatur talem poenam, ac obligationem im- ponens. Nam cap. Per tuas, de voto, nihil probat ad rem; cum ibi sermo sit non, de culpa præsentis, sed præterita; statuitur enim ibi, quod electus in Episcopatum, voto Re- ligionis à se antea emissio, nondum imple- to, cogatur resignare, ergo à fortiori pro- fectus, qui semel Religionem apostatando

deseruit, gravius enim peccat, sed hoc nihil probat, non enim illud determinatur ratio- ne culpæ præteritæ, sed adhuc pendens; eo quod illud Religionis votum, nondum im- pletum obligat.

Hæc dixi secundum jus commune: nam quantum ad jus speciale, quilibet suas Con- stitutiones consulat. In nostra Carmelitana Observantia nihil circa hoc statutum repe- rio; at in Carmelitana Discalceata, vere Apo- stata non potest eligi ad prælaturam juxta duas Constitutiones, ut refert M. Anton. in Fr. Anton. Directorio, tom. 2. tract. 3. disput. 6. sect. 11. num. 1426.

72.

QUESTIO XX.

An Prælati Regulares teneantur per- quirere Religiosos Apostatas, & fugitivos, eosque ad Religionem reducere?

SUMMARIUM.

- 73 Prælati possunt apprehendere Apostatas etiam extra suum territorium.
74 Prælati tenentur Apostatas perquirere, quam- vis deinceantur ab Episcopis.
75 Hæc autem diligentia sufficit moralis.
76 Apostata, & fugitivi benigne recipiendi.

Prælati Regulares possunt Apostatas fugitivos sui Ordinis ubique etiam ex- tra suum territorium, apprehendere, in- carcerare, ad suumque Monasterium re- ducere, ut patet ex multis privilegiis Re- gularibus concessis; & Carmelitanis in suo Mari magno dato à Sixto I V. §. Apostatas corrigi, & alia multa privilegia, qua re- ferunt Navarrus Commentario 3. de Regula- ribus, num. 50. Rodriguez tomo primo, qua- sitione 30. artic. 6. & si necesse fuerit ad hoc invocare brachium sæculare, vel Episcopa- le, quod ipsi tenentur dare, patet ex cap. Principes, & ex cap. Administratores, 23. q. 5. ad quod multa adducit Rodriguez citatus, quest. 8.

73.

Sixtus IV. Navarr. Rodrig.

C. Principes

74. Cornyo. Peirin.

Pius V.

Lezana.

75.

C. Finali.

Et hoc aded est verum, ut notant M. Cor- nyo tom. 2. in tertia parte, tract. 5. de excom- municatione, disput. 9. dub. 5. Peirinis tom. 2. in Constitutione 7. Pii V. num. 20. Quod etiam si Apostata, vel fugitivi fratres detineantur ab Episcopis, possunt eos sui Prælati compellere propter Constitutionem Pii V. quæ incipit: Eisi Mendicantium, quod non solum est ve- rum, quando Religiosus fugit sine licentia, sed etiam quando ivit cum illa per certum tempus, & est transactum. Lezana tom. 1. c. 16. n. 16. qui notat cum Authoribus citatis hoc posse Prælatum Regularem autoritate pro- pria, sine invocatione brachii sæcularis, sive Episcopalis. Perquirere autem fugitivos, & Apostatas non solum debent Prælati facere, sed etiam ad hoc tenentur ex præcepto imposito cap. Finali, de Regularibus, ut præcipitur, quod Prælati, & Abbates fugitivos suos de Ordine suo

S. Congr. Urb. VIII. Tamburin.

Trident.

Miranda. Pellizar. 76.

Suarez.

77.

S. Congr.

Tambur.

sua requirant sollicitè. Sed etiam hoc manda- tur ex Decreto Sacre Congregationis jussu Ur- bani VIII. anno 1624. & ad longum refert Tamburinus tomo tertio, de jure Abbatum, disp. 8. quest. 3. §. 4. sic habet: Rursus sta- tuit, ut fugitivi, & Apostata, sive habitum Regularem deserant, sive non, non possint, ac de- beant ab Episcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres conjici, ac Superioribus regularibus consignari, secundum regularia statuta puniendi; neque ipsi Superiores teneantur eos per- quirere, ad Religionem reducere, atque effe- cere, ut apprehendantur, salva tamen in om- nibus facultate Ordinarii locorum attributa Decreto Concilii sessione 25. cap. 4. de Regula- ribus. Pro decreto Concilii Tridentini nota- tum Ordinarii committi curam recol- ligendi Religiosos Apostatas, & fugitivos non absolute, & simpliciter, sed tantum in casu, quo eorum Superiores fuerint in hac re desides, vel certe non habeant Monasterium in illis diocesis, in quibus degunt prædicti Apostata, & fugitivi, ut notant Miran- da tom. 1. Manual. quest. 51. art. 3. Pellizar. tract. 8. cap. 8. sect. 3. n. 56. Hæc autem diligentia, quæ adhibenda est à Prælati ad comprehendendos Aposta- tas, & fugitivos, non requiritur, quod sit extraordinaria singulis annis, sed sufficit moralis prudentialiter data occasione, ut notat Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 3. num. 17. Tandem advento, quod Prælati regula- res tenentur Apostatas, & fugitivos venien- tes ad Religionem, & tanquam ad suum Pas- torem benigne ac benevole recipere, ut mo- net Decretum Sacre Congreg. proxime cita- tum, dicens: Superiores verò benigne illos te- neantur excipere, & paterna charitate com- plecti; & de hac re late Tamburinus citata disp. 8. questio 4.

ticis communicantes, eorum conciones au- dientes, vel binas nuptias contrahentes. Sunt etiam graves Authores asserentes posse Inquisitores procedere contra Apostatas à Religione, si per annum in excommunica- tione perstiterint, negligentes ad Religionem redire. Ita Sanctarellus de hæresi, cap. 4. dub. 3. Laurentius de Peirinis in Privileg. Minorum. nam. 2. constitut. 2. Paul. 5. num. 13. quia cum existant per annum in excommunicatione vi- dentur suspecti.

79.

Sanctarel. Peirin.

QUESTIO XXII.

Recipientes, auxiliantes, favorem, ac consilium dantes Apostatis, & fugi- tivis, ipso facto in excom- municationem Papæ reservatam.

SUMMARIUM.

- 80 Qui recipiunt, ac favent Apostatis, & fugi- tivis sunt excommunicati.
81 Pius II. concessit Carmelitibus invocare bra- chium sæculare contra hujusmodi fan- tores.
82 Excipiuntur ab hac regula Episcopi.
83 Excipiuntur receptores ratione consanguini- tatis, vel amicitie.
84 Excipiuntur etiam recipientes injuste vexa- tos à suis Superioribus.

80.

Julius II. Casarrub.

Peirin.

Pius V. Bullar.

D Anton. Filliucius.

81. Pius II. Casarrub. Lezana.

Miranda.

82.

Recipientes, ac detinentes in suis do- mibus fratres Apostatas, ac fugitivos, colque occultantes, ipsique favorem, vel consilium impendentes, sunt ipso facto ex- communicati excommunicatione Papæ re- servata, per multa privilegia concessa; & præcipue ex Bulla Julii II. concessa fratribus Augustinianis, ut referunt Casarrubias in Compend. verb. Apostata, numero vigesimo sexto, Peirinis tomo primo, Privileg. Minorum Constitut. Julii II. §. 23. num. 47. & ex Con- stitut. Pii V. Patribus Societatis Jesu, refer- tur in ejus Bullario pag. 9. ubi imponitur ex- communicatio Papæ reservata in tales fa- tores, etiam si tales fugitivos recipiant in- tuitu transeundi ad Carrhusianos, & ad hoc etiam est alia Bulla concessa Ordini Præ- dicatorum, de qua D. Anton. tertia parte, tit. 24. cap. 7. Filliucius tomo primo, Moral. tract. 15. c. 8. Pius II. magnam provisionem fecit Car- melitis per suum privilegium Bullatum, & referunt Casarrubias citat. num. 17. & Lezana tom. 1. cap. 16. num. 14. contra omnes Principes, & Duces, ac alios Magnates faventes Apo- statis, & aliis fratribus inobedientibus dicti Ordinis, mandans quod possint contra illos procedere per censuras usque ad invocatio- nem brachii sæcularis, de quo Miranda tom. 1. q. 51. art. 1. Ab hac communi regula excipiuntur pri- mo Episcopi; & quamvis juxta concessionem factam à Pio II. Carmelitibus comprehendan- tur in præsentis excommunicatione, Principes, Magnates, ac Duces; excipiuntur tamen Epis- copi,

QUESTIO XXI.

An Religiosi Apostata, & fugitivi de- beant puniri ab Inquisitoribus?

SUMMARIUM.

- 78 Inquisitores non agunt contra Apostatas ra- tione Apostasie.
79 Aliqui Doctores affirmant posse Inquisito- res agere contra Apostatas per annum existentes.

78.

Duardus. Pegna. Diana.

Batiola.

Respondetur negativè ex vi Apostasie, seu ratione Apostasie. Ita Duardus, Pegna, quos citat, ac sequitur Diana part. 4. tractatu 7. Resolut. 3. §. Quæro igitur; ubi te- statur, quod ita observat sacrum Tribunal Inquisitionis Romæ, non solere contra nos inquirere, & ita etiam observatur in In- quisitione Hispanica; & inde Aloysius Ba- riola in Aphorism. lincera A, verb. Apostata, §. 3. ait: Apostata à Religionibus, non puniuntur ab Inquisitoribus ex sola Aposta- sia, nisi habeant aliquid aliud adjunctum; sicut procedunt contra sæculares cum hære- Sylvester Opuscula.